

ne vel ad dama, si populus hos redditus in incapitationem ꝑ cepit? Dicendum est quod non, quia sub hac etiam conditione censendum est partem alius conductoribus de por menor, concessisse, & quod res in eodem permanerint statu, & sic interim quod populus eos in incapitationem non capit, & quia non potuit conductor plus juris transferre quam quod ipse habebat ut in expresso tenet glo. in l. 34. tit. 5. par. 5 & Lafarte de decim. vend. cap. 18. num. 87. ubi num. 86. retigit qualiter tenebitur de evictione locans ꝑ Gabellas territorii alicujus, si aliqua pars ejus evincatur.

Ibi, *Teniendo el tal arrendador mayor sacado recudimiento de sembrado de las dichas rentas, al tiempo que se des otorgo.* Ut intelligas hanc verba, quæ obscura sunt debes intelligere, quod in eis disponitur, tunc conductoribus iis de por menor debentur a conductore de por mayor, & sic à populo se incapitate de por mayor, & capiente redditus in incapitatione à primo conductore de por mayor, à quo ipse de por menor hos redditus conduxerat, promissa eis concessa, quoties tempore quo iste primus de por mayor, ea concessit, habebat recudimentum & libramentum liberum quod desembragado dicitur, pro administratione suæ conductionis, secus si illud tunc non habebat, nam tunc nulla promissa tenetur solvere ipsi conductori ꝑ de por menor, populus, qui à primo conductore de por mayor, incapitationem redditus hos capit, imo & id adeo verum est, quod si pro uno anno conductor ille de por mayor, habebat recudimentum tempore quo conductori de por menor, promissa concesserat, & non pro aliis annis suæ conductionis, tunc pro illo anno ꝑ tantum populus incapitationis debet promissa, non vero pro aliis de quibus conductor is de por mayor, non habebat recudimentum liberum tempore dictæ concessionis promissorum conductori de por menor concessorum ut apparet dispositum, in dict. l. 2. tit. 13. infra eod. quæ nostram in hoc declarat, quæ omnino videnda est pro horum declaratione, & pro declaratione legis sequentis, quæ de iis iis etiam loquitur promissis. Et nota quod ideo lex nostra hic expressit de promissis solvendis, quando populus se incapitans non vult stare locationibus factis de por menor, & non expressit, idem si eis vult stare, quia clarum est, quod in casu in quo pro eis vult stare, stat etiam & pro promissis, sed quia dubium erat an idem esset si nollet stare dictis locationibus, ideo in hoc secundo casu lex nostra expressit promissa solvenda & non in primo, cum stare populus volebat pro talibus locationibus, quia id clarum erat esse solvenda promissa, & cum in casu dubio lex nostra id expressit, in claro idem disposuisse censendum est, & qualiter promissa sunt concedenda in locationibus harum regionum reddituum, ex pluribus legibus dicti tituli 13. infra eodem decerpere.

Ibi, *T mas le pague las costas,* nihil lex nostra disponit de lucro prout disponit lex 6. supra eod. ibi, *y tuviere en ellas interese cognoscido,* & sic in hoc differt nostra lex ab illa.

De lege 9. sequente, quæ de iis etiam promissis solvendis conductoribus de por menor,

concessis à conductoribus de por mayor, applicabis ad ea declarationem, in l. 8. precedentem in glo. pen. ad finem postiam ex l. si. tit. 13. infra eod. lib. 1. i. infra eod. etiam de iis loquitur promissis.

IN LEGEM DECIMAM-QUARTAM.

- 1 Rationes nostre legis apponuntur.
- 2 Jure gentium licitum semper fuit contrahentibus ad invicem se decipere, & num. 3. opinio auctoris circa hoc ex lege nostra & num. 4. proseguitur.

SUMMARIUM.

*Hæc, leges hoc modo, Regi locanti suos redditus & itidem conductoribus eorum non competit remedium lesionis ultra dimidiam justii pretii.*

Ibi, *Por que,* rationem designat dictio, hæc, *Apor que,* quare lex nostra disposita fuit, ne scilicet conductores ꝑ retrahantur à conducendis redditibus Regis, & adde, tu, & quia sic Regi convenit, tum ut conductores reperiat, tum etiam ne patrimonium filii licibus quotidie super hoc vexetur, ut inquit Lafarte, de decim. vend. cap. 18. num. 82. ubi leges nostras allegat, pro limitatione l. 22. C. de rescind. vend. & ibi dictionum per scribentes, & l. 1. titu. 11. lib. 5. supra, de quo & per glo. menor, l. 56. tit. 5. part. 5. & Gironda de Gabell. 2. part. 5. in num. 1. cum duobus sequentibus, & hoc quantum ad locationem horum reddituum Regionum de qua & dictæ leges loquebantur, leges hæc nostræ 14. & 15. procedant, secus quoad emptionem & venditionem, nam quoad em, leges illæ & provilio earum, de remedio lesionis ultra dimidiam, in suo esse remanent, ut advertit Lafarte dict. v. 82. in fin.

In l. 15. ibi, *cosa justa et,* hanc justiciam justificat lex præcedens, quæ prius quoad Regem & ejus fiscum disposuit lesioni ultra dimidiam locum non esse, & sic nimirum, si quoad conductores dictorum reddituum, nunc idem esse disposuerit, in hac l. 15. idque etiam justificare videtur permissionem tacitam ex eis resultantem decipiendi se invicem contrahentes, cum id conductoribus Rex permittat, dum sibi aufert liberam agendi potestatem de dicta lesione ultra dimidiam, vel ut inquit Lafarte dict. num. 82. leges nostræ præsentis id agunt, ut rejecta juris civilis dispositione, quæ nova fuit, & per Diocletianum Imperatorem inducta, in dict. l. 2. C. de rescind. vend. in terminis juris gentium: quod omnium contractuum pater est, contractas iste relinquatur, quo jure licitum semper fuit contrahentibus invicem ꝑ se decipere, l. item si pretio. §. si. ff. locati, l. in causa, §. idem Pomponius, de minoribus. cum notatis per Pinelium l. 2. C. de rescind. vend. 1. par. cap. 1. maxime num. 32. Ego tamen dico ꝑ quod leges nostræ non permittant contrahentibus in locatione horum reddituum Regionum, se ultra dimidiam circumscribere malitiosè, & cum dolo, sed quod si casu, sine dolo, & malitia, id fecerint, permittatur, neque licet locus ullus detur, & quod in dubio dolo, & malitia non præsumatur,

presumatur, nisi probetur, prout est regulariter probandus, sed si cum dolo id ageretur & malitiosè, & id probaretur, tunc utique leges nostræ non procederent, ꝑ sicut neque licet alicui alium circumscribere dolosè, etiam intra dimidiam justii pretii ex l. 2. tit. 11. lib. 5. supra: neque licet colludere in locandis reddi-

tibus Regis & conducendis per aliquos: & hoc credo voluisse legislatorem nostrum, ne de injustitia leges has arguamus, si permitterent contrahentibus invicem se scienter ultra dimidiam ledere, quæ est mea nova consideratio, & consideranda per lectores suo tempore.

TITULUS DECIMUS.

Quales personas no pueden arrendar las rentas reales ni ser fiadores en ellas.

Superiori titulo dictum est, quibus conditionibus redditus Regis locantur, & conducuntur, nunc immediatè sequitur iste nos- ter, disponens quæ persona non possunt eos conducere, neque fidei- sores conductorum esse.

IN LEGEM PRIMAM.

- 1 Fidei-jussores conductorum reddituum regionum in qualibet parte regni dari possunt, quod fecus in aliis, num. 1. & num. 10. & 11. quid sunt dominorum.
- 2 Alium facienti ex necessitate magis subvenerit, quam facienti ex voluntate.
- 3 Vendens domum cum conditione, ut ex pretio ematur prædium pro securitate, an possit prædium emi in alio territorio, & num. 6.
- 4 Fidei-jussorem dare promittens, intelligitur quod sit de hominibus illius civitatis, ubi infero ad licentiam concessam: ut ex pretio rerum majoratus venditarum emantur prædia vel census, non poterunt emi extra civitatem, illam, num. 5. & num. 6. limitatur & declaratur, & in num. 7. id etiam proseguitur.
- 5 Sanzclare promittens satisfaciendo fidei-jussorem civem, aut externum idoneum, tamen ejusdem provincie, & territorii, & num. 9. infra ad licentiam datam vendendi bona majoratus.

SUMMARIUM.

*Ex quibus partibus regni sunt fidei-jussores conductorum regiois redditus capiendi.*

Ibi, *Se pueden dar de qualquier partes de nuestras Reynos,* speciale est in iis fidei-jussoribus conductorum regiois redditus, ut ex provincia ubi quis conductus hos redditus possit fidei-jussorem præstare, cum de jure aliud sit ꝑ in fidei-jussoribus voluntariis procedentibus à contractu voluntario, in quo quis voluntariè se obligavit, & in necessaria fidei-jussione, is qui eam præstare tenetur, si non potest in illo loco, remittitur ad alium locum ejusdem tamen provincie, ut est text. & ibi glo. & omnes in l. si fidei-jussor. Azavedo in Recopilationem. Tom. VI.

§. si necessaria. ff. quis satis dar. cog. & sic colligit ibi Jaf. num. 9. regulam quod magis subvenerit ei, qui facit actum ex necessitate, ꝑ quam facienti ex voluntate: inferit etiam idem Jaf. ibid. in num. 2. per hoc respondisse Alexandrum, ibid. cum aliquis vendidisset domum sitam Bononie, & promississet pretium convertere in emptionem prædiorum, pro securitate evictionis domus vendite, postea volebat emere prædia in alio territorio, non Bononie, an id posset, & respondit quod non, ꝑ ex dicto Bart. ibi, & omnium modernorum; teste Jalone ibi. num. 1. dicentium, quod qui promittit fidei-jussorem intelligitur, de illa civitate, & de hominibus illius civitatis, ꝑ ex iis ergo infero ad licentiam & facultatem regiam concessam alicui possit vendere tales domus, vel talia bona sui majoratus, & pretium eorum convertere in emptionem aliorum prædiorum vel in redditus Regis vel alterius persone cujuslibet, quod non poterit emere ea extra civitatem ꝑ illam & populum illum ubi adfuit bona majoratus, & est nova mea consideratio, quam utque adhuc à nemine vidi consideratam, sed in proposito dicti responsi Alexandri, idem Jaf. ubi suprae num. 7. & 8. inquit eundem Alexand. in cons. 57. ponderatis verbis istanienti Joam. in colu. 2. ad fin. cum sequent. volum. 3. respondisse, quod sufficit præstari fidei-jussorem in provincia propinqua, & consequenter dicit Jaf. in d. num. 8. consultationem primam limitari posse, quod sufficiat quod prædia empta ex nummis domus venditæ, & pro evictione ejus obligata, sint in alia civitate dummodo non remota ꝑ etiam si sit sub diverso Principe, & sic idem sic cum ex pecunia facta ex venditione bonorum majoratus sunt emenda prædia vel redditus, ut scilicet, possint emi in alia civitate, propinqua tamen, & non remota, etiam si sit sub diverso Principe, nisi dixerit, ut dicit Jaf. dict. num. 8. B ij quod

quod aliud sit in fideiussione in qua promittitur remissio ad alium locum, quando in loco iudicij non invenitur, quod non cadit in emptione praediorum nisi argueretur magna difficultas emptionis in illo loco, tandem ipse scilicet, quod si est diversa provincia, prout sunt ille que sunt sub diversis principibus, nullo modo possit fideiussor dari alterius diversa provincia, neque eisdem possint emi praedia in alia diversa provincia, sed in illo loco & civitate, vel in eadem provincia non multum in remoto ejus loco possint emi, & sic inquit ibi. Orosius communem traditionem esse, quod qui promittit satisfacere, satisfacit dando fideiussorem aut civem, aut externum, qui tamen idoneus sit, & hoc dum tamen sit ejusdem provinciae & ejusdem territorij in quo conveniri potest. Ex qua quidem ratione infero ego ad licentiam concessam pro vendendis rebus aliquibus alicujus majoratus, ut pretium eorum convertatur in emptionem aliquorum reddituum, quod poterunt dicti redditus emi in alia provincia, quam illa ubi aderant in bona majoratus, si idoneus sit venditor eorum, & se submittat justitiae illius civitatis ubi bona majoratus aderant & cum vendita fuerunt, constituendo sibi solutionem & renuntiando suum forum & domicilium, cum ex vi dicte renuntiationis, solutionis & submissionis attenda nova pragmatica de las submisiones, postea sub l. 20. tit. 2. l. 4. supra, possit exequi debitor pro executione reddituum in loco illo & civitate, & peti quod ibidem ipse debitor & bona executata remittantur, deberet tamen aliquid plus quatuordecim mille marapedinorum praestari pro unoquoque milliario, ipsorum reddituum, ratione solutionis eorum ibidem destinatae, pro justificatione ipsius contractus censuarii, quae meae considerationes sunt & ideo cum consideratione revivenda, cum igitur ad propositum nostrae legis deveniamus, & diximus fideiussiones dandas ex contractu voluntario in eodem loco esse praestandas, manifeste colligitur legem nostram aliquid permittentem specialiter id in locationibus reddituum regionum ita disposuisse ut scilicet sufficiat fideiussores esse de toto regno si idonei sunt nisi in locis Galleciae, Asturiae, & de Vizcaya vel nisi redditus ibi Gabellarum sint alicujus Domini particularis in locis suis, nam tunc non sufficit praestare fideiussores externos a provincia ipsorum Dominorum locantium redditus suos, ut advertit Lafarte, de decim. vend. cap. 18. num. 19. ubi & num. 18. legem nostram allegat.

IN LEGEM SECUNDAM.

- 1 Conducere regios redditus quilibet potest qui non reperitur expresse prohibitus, ubi & insimul id permitti probatur.
- 2 Potentes, vulgo poderosos, qui dicantur.
- 3 Locatio reddituum regionum si de facto potentibus fiat, an erit nulla.

SUMMARIUM.

Potentes persona non possunt conducere Gabellas,

veritas neque alios redditus regios per se neque per interpositas personas in terris ubi degunt, vel in adjacentibus, & pena ponitur Regis receptoribus & arrendatoribus aliud facientibus.

Ibi, Mandamus y defendemos, ex iis verbis & ex toto hoc titulo, & rubrica ejus decerni potest regula generalis permissiva, scilicet quod licitum est conducere regios redditus cuilibet persona, quae a jure expresse prohibita non reperitur, ex l. precipimus. C. de appel. & l. sancimus. C. de testam. quilibet enim intelligitur habilis, nisi militet prohibitio contra eum, secundum Bald. in l. cum virum col. fin. C. de fidei-com. ut in propositum inquit Bartach. de Gabel. 3. part. num. 1. & eo tacio Gironda de Gabel. 3. part. num. 1. adeo ut infames eas conducere possint: quia prohibiti non reputantur, imo potius expresse permissi ex lege nostra, quia si lex nostra prohibet militibus Gabellas locari, ergo illi qui non sunt permissi videntur ut ex l. 2. infra tit. proximo decernitur, item quia si ex l. 3. infra tit. proximo permittitur Gabellas locari Judaeis & Mauris de por menor, civitatibus & populis, qui infames sunt, ergo non est censendum prohiberi infamibus locari, nam & exigere redditus hos de jure antiquo infamia reparabatur, ex Bart. & Platea in l. humilioribus per text. ibi. C. de suscepto. lib. 10.

Ibi, Cavaleros, similis. l. 2. tit. 12. part. 5. ubi decerpis qui sint isti.

Ibi, Poderosos, qui sunt ii & qui tales dicantur in materia locationis Gabellarum ex l. 4. & 9. istiusmodi tituli declaratur optimè quam allegat Avend. cap. 19. par. num. 18. vers. dicitur lib. 1. & cap. 2. num. 13. lib. 2. & privatus Regis dicatur etiam potens. l. 22. tit. 5. lib. 3. supra, sed an si de facto iis personis vetitis locatio horum reddituum fiat erit nulla, videtur quod sic, ex dispositione. l. cum lex ff. de fideiuss. & l. non dubium. C. de legib. eo quod lex nostra prohibitiva est, prout voluit Mincha. lib. 2. de successio. creatio. §. 15. num. 12. in impressi. Salm. relatus per Lafarte de decim. vendic. 28. num. 3. qui tandem in num. 4. refert eundem Mincha. in eod. lib. 1. §. 17. num. 70. Venerit, contrarium volentem imo quod valeat locatio, eo quod lex nostra poenalis est, & ex l. 3. tit. 5. lib. 7. supra poenis afficiuntur tales conductores & fideiussores prohibiti, & sic Rex hac poena se contentat ut ex dict. l. 3. tenet idem Lafarte ubi supra, num. 14. quia lex nostra non annullat contrariam locationem & sic valida erit & id clarior ex l. 4. infra isto titulo deducitur, quae poenis sese contentam reddit, & nihil amplius desiderat, sed Gironda de Gabel. 3. part. num. 19. tenet quod sit nulla, per l. fin. C. de rescindenda venditione, sed plus mihi placet quod valeat locatio, quia illa lex si nihil facit pro sua opinione, & sic voluit quod teneat locatio personis prohibitis facta, glos. de les. l. 2. tit. 12. par. 5.

IN LEGEM TERTIAM.

- 1 Judens de jure non poterat conducere Regios redditus, nisi, ut num. 2. ubi declaratur.

de quibus Judaeis & Mauris intelligatur, & num. 3. ponitur in hac alia regula limitativa.

SUMMARIUM.

Judaei & Mauri conducere non possunt Gabellas neque alios redditus Regios pro minori a factoribus aut recaudatoribus vel conductoribus majoribus per se, neque per alias personas, nisi tantum a civitatibus & populis de por menor sub nostra legis poenis, & in vers. ponitur, quid si per mayor conducant.

Ibi, Ningunos ni algunos Judios ni Moros. Hic ponitur generalis nostrae legis conclusio usque ad versiculum salvo, scilicet, quod Judaei & Mauri non possunt Regios redditus conducere a Rege, neque ab ejus factoribus horum reddituum, neque a collectoribus vel conductoribus majoribus per se neque per interpositas personas, & in personis Judaeorum, quod non possint conducere hos redditus, neque eos colligere, erat dispositum per text. in cap. penult. de Judaeis. quod tamen ibi Abb. & DD. volunt. per text. ibi id intelligere ut procedat, cum ipse Judaeus per se id debet exercere, secus si per alium, ut & per Girondam de Gabel. 3. part. num. 19. qui per superiorem vendentem vel locantem Gabellas deputetur, qui deputatus Christianus sit, nam tunc id liceret, & id lex nostra non denegat, quia si Rex ipse vellet utique posset, sed si non permisit, nullo modo Judaeus per se, neque per alio id posset facere, neque exigere Gabellas, neque eas administrare, neque facere, ut ex contextura nostrae legis colligitur, usque ad versiculum, salvo, & praeterea attentis verbis finalibus nostri text. ut in glossa fina. notabimus, & idem est in Mauris, ex lege nostra, & intellige de Judaeis & Mauris; qui vivunt per in sua lege & secta, secus vero in descendentes ab eis, qui Christiani sunt: nam de iis non loquitur lex nostra, ut advertit Lafarte dist. cap. 18. de decim. vend. & tradit etiam Bertachi de Gabel. 3. part. num. 11.

Ibi, Salvo hic vers. est limitativus conclusiois nostri text. scilicet ut in civitatibus, villis & populis habentibus jurisdictionem de per se possint Judaei & Mauri conducere de por menor, quoslibet redditus Regios, dum tamen tales civitates, villae vel populi sint majoris vicininitatis ducentorum vicinorum, qui quidem vicini sint de omnibus statibus & conditionibus.

Ibi, pero es nuestra merced, hic ponitur alia regula, scilicet quod possint Judaei conducere de por mayor, & aliquid ex redditibus Regis liberum, vulgo, venta desenburgada, prout sunt servitio y montazgo, & similes; dum tamen ipsi Judaei & Mauri per se non administrent & colligant, sed per Christianos & personas bonae conscientiae cum mandato ipsorum Judaeorum & Maurorum prout in glos. 1. hujus legis diximus.

Ibi, Salvo Christianos, prout in glos. 1. nostrae legis dictum remanet, & haec exceptio in hoc casu firmat regulam in contrarium, ut sci. Azcovedo in Recopilacionem. Tom. V.

licet in casibus praecedentibus nostrae legis in prima ejus dispositione positus neque per personas Christianorum facere possint, cum aliter verba haec superflua forent, & ad istum versiculum pero es nuestra merced, referenda sunt, qui versiculum est limitativus primae dispositionis nostrae legis in principio ejus positae, usque ad versiculum salvo que en las ciudades, in quo quidem versiculo nulla etiam mentio fit quod per Christianos redditus talium civitatum & populorum ibidem designatorum debeant administrare, sed per se ipsos facere possunt Judaei & Mauri, eo quod ibidem non id prohibetur, prout in hoc versiculo, pero es nuestra merced, prohibendum videmus, & sic ultra istum versiculum, pero, non est hoc extendendum, cum limitata causa limitatum producat effectum, nisi dixeris, versiculum hunc, salvo Christianos, ad omnia praecedentia referri, sed est nimia suppletio, & occasio arguendi legislatorem de superfluitate.

IN LEGEM QUARTAM

- 1 Locatio Regionum reddituum facta personis prohibitis non est nulla.
- 2 Praelati dicuntur qui habent perpetuam dignitatem.
- 3 Praelati appellatione venit etiam Ecclesia.
- 4 Praelati appellatione venit capitulum sede vacante.
- 5 Praelati appellatione venit custos fratrum minorum, & quilibet habens administrationem cum officio perpetuo, & habentes jurisdictionem: & qui praesunt, num. 6. & 7. idem in plebanis & abbatibus.
- 6 Praelati appellatione proprie & strictè in exemptis venit Papa, in non exemptis Episcopi & illi, qui habent jurisdictionem.
- 7 Lex nostra de quibus praelati intelligatur vel non.
- 8 Personis hic prohibitis locatio Regionum reddituum interdicitur etiam si laici fideiussores praestiterint.
- 9 Officiales, quorum praesentia requiritur in locationibus Gabellarum non possunt eos conducere.
- 10 Officiales justitiae contrabere prohibentur in locis sibi subditis.
- 11 Deputatis etiam ad videndum bona populorum prohibetur locatio ac conductio Gabellarum.
- 12 Tabellionibus etiam del numero dicta conductio prohibetur.
- 13 Prohibiti conducere redditus Regios an possint esse fideiussores & approbatores.
- 14 Prohibiti si augeant valore Gabellarum an conducere possint Gabellas.
- 15 Prohibiti conducere Gabellas an sit prohibitus eas retinere, si ante officium prohibitorius eas conductas habeat, & num. 18.

SUMMARIUM.

Personae in lege nostra contentae non possunt redditus Regios conducere per se neque per interpositas personas, per mayor, nisi per menor, sub poena: &

Et ut melius observetur, imponitur pena rationabilioribus & aliis hic contentis sibi locutionibus.

Ibi, *O denarios y mandanos*, non quomodo lex nostra tantum assitit non vero resilit, neque annullat, ut sic intelligas ex hoc, & quia penalis est, non esse nullam locutionem & faciem talibus personis prohibitis, sed quod penam legum puniendi tamen sint, ut diximus in l. 2. supra eod. in fi.

Ibi, *Prelatos*, qui prelati dicuntur quasi pre aliis ditati, vel ante lati, & dicuntur prelati qui habent perpetuam dignitatem, *Innocentius in cap. de multa de p. ab. Card. in elem. 1. quast. 1. de supplend. neglig. prelatorum*. Imo & Ecclesia venit & appellatio prelati, ut per Speculatorem in titulo de instrum. §. editio, *nunc vero aliqua, vers. sed quid erit*, & sic capitulum sede vacante, & ut per Pavin. de pot. Cap. sede vacante in p. asatio e. nunc item minister & custos fratrum minorum & quilibet habens administrationem cum officio perpetuo & ut per Card. in elem. 1. quast. 10. de electione, & veniunt prelati appellatio inferioris Episcopo habentes jurisdictionem, & qui prestant, & ut per Card. in elem. 1. de consan. & nisi & Mandosium, consilio. 47. num. 19. & ex lata significatione Sacerdos Parochialis Ecclesiarum, quia preest Parochianis, & Plebanus potest dici prelati & ut in ca. tua de cler. agros. & sic inquit Abb. in ca. decernimus de judic. quod appellatio prelatorum non solum veniunt Episcopi & Archiepiscopi, sed etiam Abbates & ut in cap. 1. de ante & qualis. & in c. in demeritibus de elect. in 6. & in cap. ut apostolicas de privil. eod. lib. Abb. in cap. cum ab Ecclesiarum prelati in pri. de offic. eod. glof. prelatum in elem. 1. de electio. Barbat. late in dict. cap. decernimus col. 5. proprie tamen de stricte prelati appellatio in exemplis venit Papa, & in non exemptis, Episc.

Ibi, *Ni los letrados ni moradores de concejo*, quia & isti vident bona populorum & super eis consilium prestant, & administrant ea, sed an ii omnes prohibiti conducere redditus Regios poterunt esse fideiussores & abonadores? dic quod non ex dicta l. 3. titulo 5. libro 7. supra, & quia militat eadem rationes prohibitionis. Sed an isti prohibiti poterunt conducere si augeant valorem reddituum Regiorum? & videtur, quod sic, tum quia cessat ratio prohibitionis, scilicet diminutio reddituum, cessat etiam timor & metus aliorum, cum jam ipsi non deterreantur a conductione eod. quod nihil supra offerunt, neque offerre intendunt, & ratione cessante cessat legis dispositio, ex text. & materia in c. cum cessante de appel. & quod videatur causa prohibita ne metus vel respectus alios timoratos reddat. probatur ex l. 7. infra isto tit. ibi, *por que por temor o verguença no dexten de puxar los que las quisieren arrendar*. Ergo si hoc cessat, cessabit & penalit dispositio. Sed si non obstantibus contrarium est tenendum cum Gironda dict. 3. part. de Gabel. num. 11. cum sequent. eod. quod licet cesset ratio metus & respectus, non cessant alie rationes, scilicet, quod faciliter tales conductores conveniri non possunt in judicio: item & quod potentia sua debitorum iuste & injuste vexare poterunt & possent esse graves & molesti privatis, ut inquit Rebus. in l. uni. C. qui ad. eod. lib. 11. & quia secundum eum ibi cu tot officiis suis servire non poterunt, & quomodo in lege amplius quam una ratio veretur, licet una cesset, alia non cessante non

cessat ejus dispositio, sufficitque alteram remanere ex §. *affinitatis in sit. de nup.* & ex aliis adductis per Girondam ubi supra. num. 13. cum 3. seq. & hoc est sine dubio. Sed inter legendum ibidem ipse Gironda num. 5. 6. & 7. vult leges nostras prohibitivas intelligere ut procedant, quoties predicti prohibiti conductores conductionis tempore habent dicta officia, eo quod qualitas excludens vel admittens debet esse tempore actus, ex l. 2. C. de excusatio. tur. & ex late per nos dictis in l. 4. tit. 1. n. 2. lib. 2. secus vero si dum jam essent conductores vel arrendatores supervenit officium: nam tunc licet illud habeant poterunt uti conductione antea habita, & quia facilius est retentio quam acquisitio ut l. fin. ff. unde lib. & sic licet decurio prohibetur conducere redditus Regios, non tamen prohibetur retinere, & sic istam opinionem cum Avendaño capit. 12. part. num. 13. ad fin. lib. 2. tenet Gironda, ubi supra. num. 7. quam equidem opinionem ego procedere posse crederem, cum invitus hic conductor eligatur, ad officium incompatibile vel officii justitie vel ad aliud incompatible, secus vero si ipse ex sua voluntate perquisivit & procuravit officium illud, nam tunc nullo modo crederem procedere opinionem hanc, imo etiam si invitus promoveretur, adhuc consulo ut reclamet, manifestans quod ipse est conductor reddituum Regiorum, & quod non potest utrumque habere, & si hac manifestatione facta adhuc compellatur, tunc utique excusandum censio à penis nostrarum legum, & quantumvis ipse ex novis punctuationibus excusatus sit acceptare officia concilii & alia ibidem expressa, hoc in favorem suum est introductum, & ideo non debet in ejus odium retorqueri: licet si mecum consilium caperetur, utique exploderem officium, ut litium finis amputetur, & cupiditas malorum judicum excludatur, qui solent opinionibus debilioribus, suam tamen interesse respicientibus, adherere, & explodunt veriores & urgentiores, & sic molestant partes & vexant indebitè, quare ad effugiendas horum malignorum judicum technas & calumnias consilium meum amplecterer, non vero ex hoc assero locum esse penis nostrarum legum si sic intellecta dicta opinio Aven. & secuta servaretur, & fiat secundum ejus intentum & determinationem. Et post hæc vidi Castillo in politica de govier. l. 3. capítulo 4. num. 30. sic tenentem in conductoribus reddituum Regiorum & in num. 38. non idem esse asserit in habentibus conductas obligationes publicas, alias personas prohibitas conducere hos redditus in tribus legibus sequentibus reperies, quæ & similes sunt & ampliativè procedunt, & ex dicta l. 3. tit. 5. lib. 7. supra ubi alia diximus.

Ibi, *Ni otro por ellos*, & sic licet illud quod quis non potest habere per se, possit tamen per alium ex l. qui officii & ex l. non licet. ff. de contra. emptioe per quas ita notat Jacob. Rebus. in l. un. in fi. C. quib. ad conda. libro 11. in materia nostri textus, tamen ex lege nostra id fieri non poterit sine pena, cum hic per se & per alium fieri prohibetur.

Ibi, *Solas penas contenidas en las leyes que sobre esto hablan*. De quibus, & infra eod. in l. 9. & in l. 5. tit. 5. lib. 7. supr.

IN LEGEM QUINTAM.

SUMMARIUM.

Persona hic contenta neque fideiussores esse possunt conducturum redditis Regios.

Ibi, *Que no puedan ser ni sean fiadores*, ad ampliationem legis præcedentis & similium, sed an idem erit in aliis personis prohibitis in lege præcedente non hic expressis? crederem quod sic, quia militat eadem rationes, & quia ex l. 3. tit. 5. l. 7. idem in aliis prohibitis in lege præcedente & similibus disponitur.

IN LEGEM SEXTAM.

- 1 Conductio Gabellarum à minore facta absque juramento an valeat.
- 2 Ampliatur etiam si aspectu appareat minor.
- 3 Minor 25. annorum major tamen quatuordecim licet contrahere possit, tamen si ledatur, restituitur.
- 4 Minor fidei-jubens perdere dicitur & sic restituitur adversus fidei-jussionem.
- 5 Minor an possit esse approbator vulgo Abonador.
- 6 Admittens fidei-jussores non idoneos tenetur si approbatores non adhibuit in regis redditibus.
- 7 Idem quoad tempus.
- 8 Executio an possit procedi contra testes approbatores.
- 9 Executio ffici debitorum conveniuntur.
- 10 Bona non sufficit quod tempore approbationis in proprietate valeant debiti estimationem, nisi etiam tempore solutionis valeant & reperitur emptor eorum.
- 11 Executio an possit procedi contra debitorem Gabella.
- 12 Testes approbatorii quod remedium habebunt ut non remaneant obligati.
- 13 Minor asserens majorem an obligetur ita ut restitui non possit.
- 14 Tutores & curatores minorum an possint Gabellas conducere.
- 15 Conductio Gabellarum an excusetur a tutela.
- 16 Juramentum minoris validas contractuum ratione defectus minoris etatis, & num. 17.
- 18 In omni contractu procedit etiam in donatione.
- 19 Juramentum an confirmet contractum impuberis doli capax.
- 20 Juramentum minoris an debeat fieri ratiis Evangelii, vel sufficere verbo tantum jurare.
- 21 Juramentum habet vim specialis expressionis, & quod valeat contractus ut melius valere potest.
- 22 Juramentum confirmatorium an tollat beneficium restitutionis, diffinitur inter aliquos.
- 23 Renuntiatio minoris etatis non sufficit, ubi contractus ex alia causa quam minoris etatis esse nullus, neque est censendum renuntiatum remedio lesionis ultra dimidiam.
- 24 Lex 16. titul. 11. part. 3. declaratur.
- 25 Juramentum minoris in contractu adhibendum debet cautè accipi & prestari.
- 26 In enormissima lesione non sufficere hoc juramentum asseritur.
- 27 Minorem jurantem contractum an sit necesse de beneficio restitutionis certiorari.

SUMMARIUM.

Nullus qui ex aspectu minor 25. annorum appareat, non recipiatur in conductorem reddituum Regiorum neque in fideiussorem conductorum ipsorum, nisi cum iuramento adhibito secundum formam in lege nostra dispositam, & tabellio, Deventas, non aliter recipiat obligationem sub pena decem mille marapertinorum camera Regia applicandarum, & quid si per mandatum quis se obligaverit, quid debet continere mandatum, declarat lex nostra in finali eius vers.

Ibi. Non se recebit, Sed quid si de facto recipiatur absque nostri tex. iuramento valebit ne contractus & Menchaca de successione creat. libro secundo. §. 14. num. 115. inquit non valet, tum quia lex nostra prohibitoria est, tum etiam quia minor non remanet efficaciter obligatus absque iuramento, & licet penam apponit tabellioni, non ideo tollit prohibitionem.

Ibi. Por arrendador mayor ni menor, ne aliquem forsitan tyronem verba hae fallant, in iis verbis, Mayor y menor, non est intelligendum loqui legislatorem de persona majori vel minori, sed de locatione & conductione reddituum Regiorum pro minori vel pro majori facta: itaque neque pro mayor ni pro menor, nullus qui ex aspectu minor. 25. annorum videatur posse esse conductor dictorum reddituum, nisi servata legis nostrae forma.

Ibi. El que pareciere por su aspecto o fuere en dada que es menor de edad de veinte y cinco años, haec est principalis nostri textus dispositio, scilicet, quod minor. 25. annorum, etiam si ex aspectu colligatur esse minorem, non est admittendus in conductorem reddituum regali neque in fideiussorem conductoris, prout est text. expressus in l. in fraudem. §. minoribus. ff. de iure ff. eod. quod si se obligaverit, restitui potest, secundum text. ibi, nam licet minor 25. annorum major tamen quatuordecim possit contrahere, si tamen ex contractu laedatur, restituitur per text. in l. si curatorem habens minor. C. de integr. restit. & per totum ibi, & ff. eodem & cap. continuis de integr. restit. l. quinta tit. 1. 1. par. 5. & in tit. fina. parita 6. ex quo multa infert Antonius Gomez tom. 2. varia. cap. 14. num. 1. cum sequen. pluribus: quae ex legibus 3. con sequen. tit. 19. par. 6. etiam probatur: & per Sforciam de integ. rest. quest. 85. per totam, & consequenter, & a fortiori, si minor fidei jubeat restituetur adversus fideiussionem, & nam eo ipso quod fidei jubeat perdit & laesus videtur, & sic etiam haec de causa, in hac nostra lege prohibetur etiam fidei jubeat. Sed an etiam prohibitus erit esse approbator, vulgo, abonador, sive ipse approbet conductoris personam & bona, vel fideiussorem per scripturam, vel tamquam testis, & dicendum est quod sic, & quia eadem militat ratio: restitui enim possunt minores approbatores & certificatores, quia loco fideiussorum habentur, in causa fisci, & Regis, etiam si testes approbatores tantum sint, ut diximus in l. 13. tit. 9. lib. 3. num. 13. supra & Belluga. in speculo principum rub. 31. num. 16.

cum. 4. seq. & Gutierrez lib. 1. part. 1. q. 132. num. 7. q. hoc est sine dubio in hoc casu, licet non principaliter, sed in subsidium, principali & fideiussore approbatus per eum non sufficientibus, conveniri possit talis approbator & certificator secundum Rebus. 1. tom. consil. Fran. art. 1. glof. 16. num. 45. ubi ita, inquit, fuisse iudicatum, & in terminis nostris sic illa tenet latius allegans Girona de Gabel. 3. par. num. 21. cum seq. approbatoribus: tamen iis deficientibus, tunc ille qui admittit conductores & fideiussores eorum non idoneos tenebitur, licet legis dispositioni sit satisfactum, eos etiam non idoneos recipiendo, ex l. 3. ff. de fideiussor. l. si ab arbitrio. ff. qui satisfar. cog. Pulchre Alexand. consil. 60. consideratis volum. 5. & Rebus, ubi supra numer. 25. & sic inquit Bald. in l. 1. column. 1. C. de Epise. & cleri. relatus per Rebus. in dist. num. 45. quod iudices qui recipiunt malos fideiussores ex hoc obligantur ad interesse partis & Republicae, si laedantur, ex quo cauti iudices pronuntiant fideiussiones periculo tabellionum esse assumendas, velut dixi in dist. l. 13. recipiant hos abonatores, & approbatores per scripturam, vel per testes in causis, in quibus remanent obligati ex approbatione, & idem Gutierrez ubi supra: nam non in omnibus causis remanent obligati, praecipit iudex quod fideiussiones periculo tabellionis capientur. Sed an poterit contra istos testes approbatores per executive procedi? videtur quod sic, quia loco fideiussor, ita & ipsi poterunt exequi, item quia executive per redditibus fisci conveniendi sunt debitores ejus, juxta l. iusta & l. exaltos. C. de exalto. lib. 10. & ex l. 14. titul. 21. libro quarto supra, & ex l. 6. tit. 14. lib. 6. supra. quibus ita tenet Girona in 3. part. numer. 31. ubi nos allegat, dicens ita nos tenuisse in eadem l. 14. sed ut ibi dixi, & in l. 6. tit. 14. lib. 6. supra non ita indistincte id asseruimus, sed tunc demum, cum appareat nulla exceptio legitima te tueri posse debitores fisci pro ejus redditibus solvendis, & de debito notorie constat, secus alias, nihilominus tamen jam in practica vidi approbatores testes conductoris Gabelarum esse carcero, & contra eos executive processum, hoc modo scilicet, quod executione facta, bonorum principalis conductoris & ejus fideiussorum & lata in eis sententia de remanere pro principali decima & expensis, & dum in eisdem sententiae executionem bona per subhaftationem judiciaria venduntur, nullus adfuit qui vellet ea emere, neque extrahere pro principali, & expensis, & de hoc consilio citatur testis hic, approbator, & certificator, ut intra talem diem det extractorem, & empotorem illorum bonorum pro debito, decima, & expensis: aliter enim quod ipse, & eorum bona capientur, & vendentur, & lapsio illo die si non dat empotrem, capitur talis approbator, & fit melioratio executionis in ejus bona: & sic proceditur executive contra eum, cum jam sit excussio facta personarum & bonorum conductoris, & ejus fideiussorum, & nullam pretium pro eis reperitur, & consequenter non sunt solvendo, nec idonea bona eorum ac ac sufficientia pro debito, quasi non sufficiat quod in proprietate tempore approbationis valeant

lerent dicta bona quantitate debitam, nisi etiam tempore solutionis valeant & reperitur pro eis quantitas illa, ut inquit Girona ubi supra num. 33. & 34. ex textu, in l. magistratus. C. de magistri. convenien. ubi dicitur quod magistratus teneatur in subsidium, si tutor non fuit solvendo tempore depositi officii, hoc est tempore solutionis, & finit tutela: juxta glof. ubi, vers. administrationis, & Salice. ibi numer. 1. Gutierrez tamen in dicta quest. 132. in fin. videtur velle quod via ordinaria sit agendum contra istos testes approbatores, sed ibi loquitur, quoties est dubium, an remaneant obligati ex approbatione, & de iis certificantibus meminit Consultus, in l. cum tabernam. ff. de pignor. secundum Rebus. ubi supra, num. 27. quae notabis, quia sic non reperies congegra haec dicta in propositum nostrum. Sed an contra debentem Gabelam rei suae venditae per eum possit per Gabelarium pro illa Gabelam per executive procedi, dic quod non, sed via ordinaria agendum licet summarie, & breviter, secundum text. l. 1. & seq. tit. 7. supra eod. nisi adsit confessio venditionis, & pretii ejus, vel adsit instrumentum venditionis hujus, nam tunc virtute illius instrumenti, vel copiae ejus praestitae a Tabellione, coram quo instrumentum illud fuit confectum, fiet executio jubendo ut solvat intra unum diem sub executionis comminatione, & tunc si non solvit fit executio pro Gabelam illa, ita voluit Girona, ubi supra 4. part. in prin. numer. 6. & 7. & in dist. tit. 7. supra eodem etiam diximus, sed quod erit remedium dictorum testium approbatorum ut non remaneant obligati? dic quod cautum erit si tempore dispositionis protestentur se nolle teneri ex approbatione illa, nec remanere obligatos, vel dicat, quod bona illa tempore illo, quo deponit in proprietate estimata valent tot nummos, sed quod si tempore solutionis valebunt, & reperitur, qui ea emat, vel det pretium illud, hoc necesse, neque scire potest. Sed an in casu in quo minor hic admittatur ad locationem Gabelarum, vel in fideiussorem conductoris earum, valebit locatio & ejus obligatio, vel fideiussio, alibi dixi in hac lege. n. 1. & quid si minor 25. annorum, major tamen 14. harr de hoc loquitur noster text. dicit & asserat se majorem an obligabitur & remanebit per obligatus sine aliqua spe restitutionis in tali contractu super Gabelis & redditibus Regis facta, dic quod si dolose id fecit non restituitur contra contractum illum, secus alias ex textu. l. 2. & 3. C. si minor se major. dix. & in l. 6. in pri. titu. 19. part. 6. ubi glof. enganosamente, quare an praesumatur in eo dolus vel non, & vide optime Sforciam in tracla. de restitutione in inte. quest. 74. per totam: & ideo non sine mysterio dixit lex nostra quod minor apparens ex aspectu non admittatur ad hanc Gabelarum conductionem: ut sic, etiam si dicat se majorem, si aliud appareat, non admittatur, quod in arbitrio iudicis relinquitur, secundum Gironam de Gabel. 3. part. in pri. num. 30. sed an tutoribus & curatoribus minorum licebit has conducere Gabelas, & dicendum est quod non, si nondum rationes tutela, vel cura reddiderunt & persolverunt & conductentes pena falsi coeurentur, l. 1. C. de tuto. & curato. l. 1. §. tutores. ff. ad leg.

Corn. de fall. & utrobique per glof. & D. D. & l. 1. C. ne tut. vel cura veat. consil. notat Peregrinus in tracla. de priviil. fisci lib. 6. tit. 5. num. 12. & Girona, de Gabel. 3. part. in pri. n. 16. & 17. ubi hoc intelligit, nisi antea essent conductores Gabelarum quam essent tutores, quia tunc excusabuntur, ut alias dictum remanet in hac lege, & titulo, & in nu. 18. quare ipse Girona, an excusabuntur a tutela conductor harum Gabelarum, & de jure civili inquit quod non, sed ex cap. 22. & 23. De los nuevos apunamientos, excusantur.

Ibi, sin que primeramente que sobre aquel contrato que haze de jure arrendamiento o fianca, no se llamara menor de edad. Ex iis verbis colligitur iuramentum hoc esse confirmatorium, scilicet, cum quis promittit & jurat contractum, & se non venire contra eum ratione minoris aetatis, & tale iuramentum representat illum de minore majorem, & validat contractum alias invalidum, ratione defectus minoris aetatis, ut habetur ex text. & ibi glof. & omnibus in Authent. sacramenta puberum. C. si advers. vend. & l. 16. in pri. tit. 1. part. 1. & l. 39. tit. 18. ea. par. & lib. loquens in nostris terminis reddituum Regiorum, tit. fin. par. 6. & Authent. illa adde. l. 1. illius tit. C. si adversus vend. ubi idem videbatur dispositum: & ut advertit ibi Gutierrez, num. 9. addit scilicet, quod lex illa, loqui videtur, cum praedium minoris fuit alienatum cum decreto pratoris, & insuper minor juravit, quia tunc etiam per viam restitutionis, quae competeat non facta iuramento ex l. si quidem. C. de praed. minor. non poterit venire, & sic in effectu loquitur, cum iuramentum minoris hujus accedit contractui valido, licet, retractabili per restitutionem, secus si decretatum non intervenisset: nam tunc esset nullus, & contra legem iuramento non roboratur, ex l. non dubium. C. de legibus: at vero Authent. sacramenta puberum, hoc addit quod etiam si contractus sit nullus, ut quia non intervenit decretum iudicis, in alienatione rerum hujus minoris, neque praesentia tutoris aut curatoris iuramento solo confirmetur, & hoc non solum in venditione, verum & in omni alio contractu a tali minori celebrato, cum opinione Martini, & Citramon. ut per Gutierrez ibi numero 11. cum sequen. pluribus & glof. la postura. l. 6. tit. fin. part. 6. & hanc opinionem totum mundus observat, secundum Corneum cons. 72. in privolunt. 1. quem & alios ad hoc refert Seraphin. de Seraph. in tracla. de priviil. juramenti priviil. 83. num. 2. & Anton. Gomez, tom. 2. de contra. cap. 14. de re. h. mino. num. 18. & D. Barbosa in 5. part. l. 1. ff. solut. matrim. num. 73. cum sequen. ubi respondet. l. non dubium. C. de leg. in contrarium facientis, & inquit Cyn. in illa Authent. & Paul. ibi quod multas animas illa Authent. deducit ad infetos, illorum scilicet, qui inducunt minores ad jurandum, ut excludant eos a beneficio minoris aetatis, & multa patrimoniam minorum exhaustis, & ibi Alberti. elicit quod Imperator Henricus septimus audiens multas querelas de dicta Authent. proposuerat illam corrigere, sed morte praeventus non fecit: & Anton. Gomez. ibi num. 20. in fin. ampliat eam ut procedat

18 cedat etiam in donatione ꝑ ut & tenet Ripa. in Respon. 138. fol. 105. & Gutierrez ubi supra num. 118. cum sequen. aliquibus, & Molina de principen. lib. 2. cap. 3. num. 30. & 31. & idem Gutierrez de juram. consp. 1. part. cap. 13. num. fin. & glos. la postura, in dist. l. 6. tit. 19. part. 6. Burgos de Paz consp. 3. num. 15. cum sequen. & Suarez allegacione 20. & melius in ritu. de las arras. vesp. sed utrum minor. ubi per ipsos quid erit, si enormiter ex donatione ledatur. Sed an in impubere proximo pubertati doli capaci juramentum confirmet contractum, ꝑ & dicitur proximus pubertati in femina novem annorum & dimidii & in masculo decem annorum & dimidii, ut dixi in l. 2. num. 6. tit. 10. lib. 8. supra & in hoc dicendum est confirmare, nam si est doli capax, ita se perjurat impubes, sicut si esset major, & consequenter non se perjurat, servandum est juramentum, attento jure Canonico, prout communior & veriore hanc testantur plures relati per Gutierrez, in dist. Anthen. sacramenta puerum. numer. 117. Maior in dist. l. 6. tit. 19. part. 6. & novissime Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. 4. num. 48. licet ex illa l. 6. & ex l. 59. tit. 18. par. 3. & l. 16. tit. 11. part. 3. contrarium esse tenendum videretur, tamen ne obissent, posset dici quodd secundum hanc declarari possent, licet ego non admitterem talem impubere doli capacem ad jurandum, neque consulerem sufficere ante factum contractum, saltem ob difficultatem probandi talem doli capacitatem. Sed an juramentum hoc ꝑ debeat fieri tactis Evangelis vel sufficiat vi verbo tenus, & dicendum est, quodd sufficit verbo tantum jurate, & quodd in scriptura, in qua de obligavit, apponatur quodd juravit, per Deum sic adimplerum: neque requiritur quodd tactis Evangelis juret, ut inquit glos. jurasse in dicta l. 6. tit. 19. part. 6. & Parlador. ubi supra num. 5. & probatur ex l. 16. tit. 19. part. 2. & melius ex l. 59. tit. 18. part. 3. & ita utitur quotidie.

Ibi, si ne diva lazo ni damnificado ni pedira restitucion. Videntur verba hanc superflua, nam si minor jurat se ratione minoris etatis non contraventurum, & juramentum validat contractum, non est necesse hanc verba apponere, & presertim illa, ni pedira restitucion. Nam juramentum excludit restitutionem, ut dictum est, item & habet vim specialis expressionis, & generalis expressio ex vi juramenti idem operatur, ac si in specie omnia expressa fuissent, quare 21 exprimi debuisse, ꝑ secundum Bald. in l. 1. colum. penult. quest. 2. C. commod. & alii plures relati per Tiberi. Decia resp. 39. num. 71. volum. 2. ubi num. 72. inquit, quod habet operationem tale juramentum, quodd si actus non valet ut agitur, valet ut valere potest, sed si minor hic. 25. major tamen 14. annorum, inquit, se jurare ratione minoris etatis non contravenire contractui, sub hac minori etate, datur beneficium lesionis & restitutionis minori, si ledatur: ergo & expresse renuntiat eis, dum renuntiat minori etati, quomodo ergo hac ita in lege nostra explicantur, & dicendum est juste explicari, item ex dist. l. 16. tit. 11. part. 3. solum videtur requiri minorem jurare, ut non contraveniat ratione minoris etatis, ut etiam laesus non restituatur: igitur

& hoc sufficeret in presentem exprimere: sed nihilominus dicendum est juste legem nostram hoc expressisse, eo quodd licet minor renuntiet beneficio minoris etatis, & sic ejus beneficium tollat & itidem restitutionis, tamen quia difficultatur inter aliquos, an juramentum confirmatorium ꝑ tollat beneficium restitutionis, ut apparet ex Sfortia in tract. de in integ. rest. quest. 26. artic. 7. item & quia licet minor renuntiet beneficio minoris etatis, tamen, si alia ex causa esset contractus invalidus, ita quodd a majore etiam factus non valet, tunc utique non sufficeret ꝑ renuntiatio minoris etatis, & consequenter, non est censendum ꝑ renuntiationem remedio legis 2. C. de rescindenda venditione secundum glos. Por rason, in dist. l. 6. tit. 19. part. 6. & glos. fecha, l. 16. tit. 11. part. 3. & Gutierrez in dist. authent. Sacramenta puerum num. 21. & 87. & Parlador. ubi supra num. 28. ideo juste lex nostra etiam ultra minorem etatem lesionem & beneficium restitutionis renuntiationi jussit, & l. illa 16. tit. 11. part. 3. quare contraria videbatur, procederet ubi laesio non esset ultra dimidiam vel declarari per l. illam 59. tit. 18. part. 3. quare omnia hanc sicut nostra renuntiationi jussit, & amplius procedit, scilicet, ut minor hic etiam, diceret se non contravenire etiam si nummi illi vel contractus ille non redundaret in suam utilitatem, & sic juste inquit glos. illa fecha in dist. l. 16. & glos. l. 56. tit. 5. part. 5. & in dist. l. 6. tit. 19. part. 6. quodd plene & cum cautela praestetur hoc juramentum ꝑ per minorem hunc, scilicet, quodd non contravenire ratione minoris etatis, lesionis cujuscumque, vel beneficij restitutionis, neque ex alia quacumque causa minori, vel majori, expressis, ut notat Bar. l. 2. col. 3. C. de rescindenda venditione & Covar. in cap. quamvis pactum. 3. par. 5. 4. num. 6. & Gutierrez ubi supra, num. 32. & 83. & Parlador. in dicto num. 28. & latius notatur in glos. illa par rason, in dist. l. 6. tit. 19. part. 6. ubi ponit formam hanc & melius ponitur per leges 58. & 59. tit. 18. art. 3. bene tamen verum est, quodd si minor hic esset in contractu tali enormissime laesus, ꝑ tunc saltem ad cautelam perita relaxatione juramenti posset venire contra hanc lesionem: quare cum a dolo ipso procedat, non censetur per dicta verba hanc laesio enormissima, neque dolus ejus exclusus, ut inquit glos. 1. in dist. l. 59. & D. Barbosa. in 5. part. l. 1. ff. solus. matrim. num. 52. & 53. & latius Gutierrez in dist. authent. Sacramenta puerum num. 92. cum sequen. aliquibus, & Burg. de Paz. consp. 3. num. 20. & consp. 28. num. 19. & Mencl. l. 2. C. de rescindenda venditione num. 43. & 44. sed ut huic glosae finem imponamus, videndum erit an sit necesse hunc minorem jurantem certiorari de beneficio restitutionis, ꝑ & ejus remedio tempore quo jurat contractum, & communior & verior est opinio, quodd non est necessaria hac certioratio, ut per plures relatos per Gutierrez ubi supra num. 113. usque ad 117. ubi num. 116. inquit per modum consilii melius fieri, si etiam in scriptura dicat notarius quodd certioravit minorem de beneficio restitutionis & quodd nihilominus ei renuntiavit, & juravit.

IN LEGEM SEPTIMAM.

1 Regis privatus dicitur persona potens.

SUMMARIUM.

Privati & officiales domus regie non possunt esse conductores reddituum regalium.

Ibi, Mandamos. Concordat. l. 1. & per totam C. qui ad conductionem lib. 11. ubi DD. nam privatus Regis, ꝑ potens dicitur, l. 22. tit. 5. lib. 3. supra.

IN LEGEM OCTAVAM.

1 Clerici seculares an possint esse conductores reddituum Regiorum, & quid si successerint conductori eorum, & num. 2. an possint esse fidejussores: & num. 3. limitatur. Clericus secularis conductor Gabellarum an possit conveniri coram iudice seculari: n. 4. 5. & 6. nisi ut n. 7.

SUMMARIUM.

Redditus Regii non sunt locandi personis Ecclesiasticis, nisi idoneis laicis fidejussores praestiterint.

Ibi, a clericis y personas Ecclesiasticas. l. 2. tit. 12. part. 5. id de Episcopis & clericis regularibus & de religiosis, disponebat, ex quo glos. illa vers. clericos, dixit secus esse in clericis ꝑ secularibus ut in cap. 1. & cap. pervenit & c. constitutus de fidejussoribus. ubi vide Abb. & DD. sed ex l. 41. tit. 6. part. 1. idem videtur dici quoad clericos seculares, ut neque conductores neque fidejussores possint esse reddituum regalium, ubi glos. arrendadores, allegat ad hoc cap. 1. ne cler. vel mo. dicens, quodd si conductori successerint bene possunt remanere in conductione: sed ex tex. in authentica de Sanctis Episcopis §. alium, collatione 9. utrumque prohibetur clericis, ut not. in cap. 1. de obligat. ad ratiocina. & in cap. 1. de pastulan. tenet Bertach. de Gabel. 3. par. n. 2. sed dicendum est quodd clerici regulares & religiosi omnino prohibentur, clerici tamen seculares prohibentur esse tales fidejussores, sed si de facto fidejusserint ꝑ tenebuntur, & valet fidejussio, ut probat text. in dist. l. 45. ubi glos. valdra, allegat ad hoc text. in dist. cap. 1. & cap. consi-

tuus de fide jusso. sed conductores principales non poterunt esse ex text. nostro, nisi fidejussores laicos idoneos praestiterint, ꝑ & in hoc 3 lex nostra ultra quam alia jura disponit, ut adverit Lafarte de decim. vendi. cap. 18. num. 6. ubi num. 7. quaerit an coram iudice laico possit tunc conveniri, ꝑ & exequi talis clericus, & 4 ponit opiniones, nam aliqui dicebant quodd sic, & quodd poterat incarcerari per iudicem secularem, sed ipse & melius tenet contrarium, & ante eum in clerico fidejussore de iudicio solvendo tenet glos. valdra, in dist. l. 45. nisi clericus dolose attestaretur se laicum esse, ꝑ & non clericum tempore quo fidejussit vel 5 condaxit secundum Lafarte, ubi supra, sed & adhuc tunc non credo verum quodd incarcerari possit neque exequi per laicum iudicem, ꝑ quoniam si suo expresso consensu clericus id non posset permittere, ex ca. significatum, extra de iudic. quanto minus ex praesumpto, in fructibus tamen sui beneficij & patrimonij bonis, poterit ꝑ executio fieri, ex ca. secundum de fidejuss. ubi 7 vide Abb. & iterum idem Abb. cap. 1. eod. tit. quem allegat glos. in sus. testas. in dicta l. 45. & ibi Hamada super ea plures allegat in num. 2. ex distis per nos in l. 11. tit. 3. lib. 2. supra & per Lafarte nos referendo ubi supra capis. 19. num. 84. in fin.

IN LEGEM NONAM.

SUMMARIUM.

Milites & alia persona hic contenta conducere prohibentur redditus Regios.

Ibi, Ordenamos y mandamos. Similis est l. 2. & 4. supra eadem, ubi diximus: sed haec nostra lex alias addit personas legibus illis numeratas, prout sunt Commendadores de ordenes, y alcaydes de fortalezas.

Ibi, Ni escrivan de concejo. Allegat legem nostram Did. Perez in l. 2. tit. 5. lib. 2. ord. colum. 432. in pri. & ad Tabelliones numeri ibi extendit, & vide alia quae diximus in d. l. 4. sup. eod. & in l. 3. tit. 5. lib. 7. supra.

Ibi, que es tanto poderoso o mas, allegat eam Avend. cap. 19. praso. vers. dicitur autem, lib. 1. & in cap. 12. n. 13. in medio lib. 2. & per haec totus iste tit. 10. remanet expeditus ut ad alios deveniamus.